8

Compromissum inter Mroczkonem Subjudicem Posnaniensem, et Petrum Koth haeredem in Tarnova ipsiusque molendinum in Prądno ex una et Venerabilem Vincentium de Marcinkowo Decanum Gnesnensem Canonicum Posnaniensem villae Gora Regentem necnon totum Capitulum ipsiusq. molendinum in Gora parte ab altera, sub Superarbitro Petrassio haerede in Wroniczyno initum, et definitum in hunc modum, quod praedictus Petrus Koth ab aggere seu rota sui Molendini Prądno decursum, propter decursum aquae fossatum licite facere poterit in littore haereditatis Gora sine damno Ecclesiae usque ad lacum, et limites, juxta antiquam observantiam secundum antiquum decursum aquae Cybina Prata vero ad utramque partem spectabunt, Piscatura piscium in fossato ad Goram decursum ad Prądno sursum prout limites demonstrant pertinebit. [Sq. w tym Akcie obszerniey granice opisane.] de Datum in Gora F. 3. ante F. OO. SS. Anno Domini — 1411